Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



190

Vnde mihi magis uidetur. ee. fidei filius
qui nouit a quo spere et quod nondum
habet. quam qui sibi tribuit id quod
habet quamuis utriq: hoc praeferen
dum sit qui et habet et nouit a quo habet
tam non se credat. ee. quod nondum. e.
ne incidat in uitium illius pharisaei
qui quamquam de gratia agere et ex
his quae habebat nihil tam poterat
dari sibi tamquam nihilo indigere ad
augendam proficiendam ue iustitiam his signis
consideratis praestatisq: prouiribus
quas dns dare dignatur colligimus non
iustificari hominem praeceptis bone
uitae nisi per fidem ihu xpi. hoc. e. non
lege operum sed fidei non litera sed
spu non factorum merituis sed gratuita
gratia quamuis tam: illos quib; circum
cisio persuadebatur. ita corrigere atq:
corrigere uidetur apts. ut legis nomi
ne eandem circumcisionem appellet
ceteras q: eius modi legis observationes